

Chapter 1

^{1:1} Paulus apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei
sanctis omnibus qui sunt Ephesi et fidelibus in
Christo Iesu

^{1:2} gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et
Domino Iesu Christo

^{1:3} benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu
Christi qui benedixit nos in omni benedictione
spiritali in caelestibus in Christo

^{1:4} sicut elegit nos in ipso ante mundi
constitutionem ut essemus sancti et immaculati
in conspectu eius in caritate

^{1:5} qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum
per Iesum Christum in ipsum secundum
propositum voluntatis suae

^{1:6} in laudem gloriae gratiae suae in qua gratificavit
nos in dilecto

^{1:7} in quo habemus redemptionem per sanguinem
eius remissionem peccatorum secundum divitias
gratiae eius

^{1:1} Paul, an apostle of Jesus Christ, by the will of
God, to all the saints who are at Ephesus and to
the faithful in Christ Jesus.

^{1:2} Grace be to you and peace, from God the Father
and from the Lord Jesus Christ.

^{1:3} Blessed be the God and Father of our Lord Je-
sus Christ, who hath blessed us with spiritual
blessings in heavenly places, in Christ:

^{1:4} As he chose us in him before the foundation of
the world, that we should be holy and unspotted
in his sight in charity.

^{1:5} Who hath predestinated us unto the adoption
of children through Jesus Christ unto himself:
according to the purpose of his will:

^{1:6} Unto the praise of the glory of his grace, in
which he hath graced us, in his beloved son.

^{1:7} In whom we have redemption through his blood,
the remission of sins, according to the riches of
his, grace,

Ad Ephesios 1

- ^{1:8} quae superabundavit in nobis in omni sapientia
et prudentia
- ^{1:9} ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis
suae secundum bonum placitum eius quod
proposuit in eo
- ^{1:10} in dispensationem plenitudinis temporum
instaurare omnia in Christo quae in caelis et
quae in terra sunt in ipso
- ^{1:11} in quo etiam sorte vocati sumus praedestinati
secundum propositum eius qui omnia operatur
secundum consilium voluntatis suae
- ^{1:12} ut simus in laudem gloriae eius qui ante
speravimus in Christo
- ^{1:13} in quo et vos cum audissetis verbum veritatis
evangelium salutis vestrae in quo et credentes
signati estis Spiritu promissionis Sancto
- ^{1:14} qui est pignus hereditatis nostrae in
redemptionem acquisitionis in laudem gloriae
ipsius

Ephesians 1

- ^{1:8} Which hath superabounded in us, in all wisdom
and prudence,
- ^{1:9} That he might make known unto us the mystery
of his will, according to his good pleasure, which
he hath purposed in him,
- ^{1:10} In the dispensation of the fulness of times, to re-
establish all things in Christ, that are in heaven
and on earth, in him.
- ^{1:11} In whom we also are called by lot, being pre-
destinated according to the purpose of him who
worketh all things according to the counsel of his
will.
- ^{1:12} That we may be unto the praise of his glory: we
who before hoped in Christ:
- ^{1:13} In whom you also, after you had heard the word
of truth (the gospel of your salvation), in whom
also believing, you were signed with the holy
Spirit of promise.
- ^{1:14} Who is the pledge of our inheritance, unto the
redemption of acquisition, unto the praise of his
glory.

Ad Ephesios 1

1:15 propterea et ego audiens fidem vestram quae est
in Domino Iesu et dilectionem in omnes sanctos

1:16 non cesso gratias agens pro vobis memoriam
vestri faciens in orationibus meis

1:17 ut Deus Domini nostri Iesu Christi Pater gloriae
det vobis spiritum sapientiae et revelationis in
agnitione eius

1:18 inluminatos oculos cordis vestri ut sciatis quae
sit spes vocationis eius quae divitiae gloriae
hereditatis eius in sanctis

1:19 et quae sit supereminens magnitudo virtutis eius
in nos qui credidimus secundum operationem
potentiae virtutis eius

1:20 quam operatus est in Christo suscitans illum
a mortuis et constituens ad dexteram suam in
caelestibus

Ephesians 1

1:15 Wherefore, I also, hearing of your faith that is in
the Lord Jesus and of your love towards all the
saints,

1:16 Cease not to give thanks for you, making com-
memoration of you in my prayers,

1:17 That the God of our Lord Jesus Christ, the Fa-
ther of glory, may give unto you the spirit of wis-
dom and of revelation, in the knowledge of him:

1:18 The eyes of your heart enlightened that you may
know what the hope is of his calling and what
are the riches of the glory of his inheritance in
the saints.

1:19 And what is the exceeding greatness of his power
towards us, who believe according to the opera-
tion of the might of his power,

1:20 Which he wrought in Christ, raising him up from
the dead and setting him on his right hand in
the heavenly places.

Ad Ephesios 2

Ephesians 2

1:21 supra omnem principatum et potestatem et
virtutem et dominationem et omne nomen quod
nominatur non solum in hoc saeculo sed et in
futuro

1:22 et omnia subiecit sub pedibus eius et ipsum
dedit caput supra omnia ecclesiae

1:23 quae est corpus ipsius plenitudo eius qui omnia
in omnibus adimpletur

1:21 Above all principality and power and virtue and
dominion and every name that is named, not
only in this world, but also in that which is to
come.

1:22 And he hath subjected all things under his feet
and hath made him head over all the church,

1:23 Which is his body and the fulness of him who is
filled all in all.

Chapter 2

2:1 et vos cum essetis mortui delictis et peccatis
vestris

2:2 in quibus aliquando ambulastis secundum
saeculum mundi huius secundum principem
potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur
in filios diffidentiae

2:1 And you, when you were dead in your offences
and sins,

2:2 Wherein in time past you walked according to
the course of this world, according to the prince
of the power of this air, of the spirit that now
worketh on the children of unbelief:

2:3 in quibus et nos omnes aliquando conversati
sumus in desideriiis carnis nostrae facientes
voluntates carnis et cogitationum et eramus
natura filii irae sicut et ceteri

2:4 Deus autem qui dives est in misericordia propter
nimiam caritatem suam qua dilexit nos

2:5 et cum essemus mortui peccatis convivificavit
nos Christo gratia estis salvati

2:6 et conresuscitavit et consedere fecit in caelestibus
in Christo Iesu

2:7 ut ostenderet in saeculis supervenientibus
abundantes divitias gratiae suae in bonitate
super nos in Christo Iesu

2:8 gratia enim estis salvati per fidem et hoc non ex
vobis Dei enim donum est

2:9 non ex operibus ut ne quis gloriatur

2:10 ipsius enim sumus factura creati in Christo Iesu
in operibus bonis quae praeparavit Deus ut in
illis ambulemus

2:3 In which also we all conversed in time past, in
the desires of our flesh, fulfilling the will of the
flesh and of our thoughts, and were by nature
children of wrath, even as the rest:

2:4 But God (who is rich in mercy) for his exceeding
charity wherewith he loved us

2:5 Even when we were dead in sins, hath quickened
us together in Christ (by whose grace you are
saved)

2:6 And hath raised us up together and hath made
us sit together in the heavenly places, through
Christ Jesus.

2:7 That he might shew in the ages to come the
abundant riches of his grace, in his bounty to-
wards us in Christ Jesus.

2:8 For by grace you are saved through faith: and
that not of yourselves, for it is the gift of God.

2:9 Not of works, that no man may glory.

2:10 For we are his workmanship, created in Christ
Jesus in good works, which God hath prepared
that we should walk in them.

Ad Ephesios 2

- ^{2:11} propter quod memores estote quod aliquando vos gentes in carne qui dicimini praeputium ab ea quae dicitur circumcisio in carne manufacta
- ^{2:12} quia eratis illo in tempore sine Christo alienati a conversatione Israhel et hospites testamentorum promissionis spem non habentes et sine Deo in mundo
- ^{2:13} nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine Christi
- ^{2:14} ipse est enim pax nostra qui fecit utraque unum et medium parietem maceriae solvens inimicitiam in carne sua
- ^{2:15} legem mandatorum decretis evacuans ut duos condat in semet ipsum in unum novum hominem faciens pacem
- ^{2:16} et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem interficiens inimicitiam in semet ipso
- ^{2:17} et veniens evangelizavit pacem vobis qui longe fuistis et pacem his qui prope

Ephesians 2

- ^{2:11} For which cause be mindful that you, being heretofore gentiles is the flesh, who are called uncircumcision by that which is called circumcision in the flesh, made by hands:
- ^{2:12} That you were at that time without Christ, being aliens from the conversation of Israel and strangers to the testament, having no hope of the promise and without God in this world.
- ^{2:13} But now in Christ Jesus, you, who some time were afar off, are made nigh by the blood of Christ.
- ^{2:14} For he is our peace, who hath made both one, and breaking down the middle wall of partition, the enmities in his flesh:
- ^{2:15} Making void the law of commandments contained in decrees: that he might make the two in himself into one new man, making peace
- ^{2:16} And might reconcile both to God in one body by the cross, killing the enmities in himself.
- ^{2:17} And coming, he preached peace to you that were afar off: and peace to them that were nigh.

Ad Ephesios 3

2:18 quoniam per ipsum habemus accessum ambo in
uno Spiritu ad Patrem

2:19 ergo iam non estis hospites et advenae sed estis
cives sanctorum et domestici Dei

2:20 supraedificati super fundamentum apostolorum
et prophetarum ipso summo angulari lapide
Christo Iesu

2:21 in quo omnis aedificatio constructa crescit in
templum sanctum in Domino

2:22 in quo et vos coaedificamini in habitaculum Dei
in Spiritu

Ephesians 3

2:18 For by him we have access both in one Spirit to
the Father.

2:19 Now therefore you are no more strangers and
foreigners: but you are fellow citizens with the
saints and the domestics of God,

2:20 Built upon the foundation of the apostles and
prophets, Jesus Christ himself being the chief
corner stone:

2:21 In whom all the building, being framed together,
groweth up into a holy temple in the Lord.

2:22 In whom you also are built together into an
habitation of God in the Spirit.

Chapter 3

3:1 huius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu
pro vobis gentibus

3:2 si tamen audistis dispensationem gratiae Dei
quae data est mihi in vobis

3:1 For this cause, I Paul, the prisoner of Jesus
Christ, for you Gentiles:

3:2 If yet you have heard of the dispensation of the
grace of God which is given me towards you:

Ad Ephesios 3

Ephesians 3

^{3:3} quoniam secundum revelationem notum mihi
factum est sacramentum sicut supra scripsi in
breui

^{3:4} prout potestis legentes intellegere prudentiam
meam in mysterio Christi

^{3:5} quod aliis generationibus non est agnitum filiis
hominum sicuti nunc revelatum est sanctis
apostolis eius et prophetis in Spiritu

^{3:6} esse gentes coheredes et concorporales et
conparticipes promissionis in Christo Iesu per
evangelium

^{3:7} cuius factus sum minister secundum donum
gratiae Dei quae data est mihi secundum
operationem virtutis eius

^{3:8} mihi omnium sanctorum minimo data est gratia
haec in gentibus evangelizare ininvestigabiles
divitias Christi

^{3:3} How that, according to revelation, the mystery
has been made known to me, as I have written
above in a few words:

^{3:4} As you reading, may understand my knowledge
in the mystery of Christ,

^{3:5} Which in other generations was not known to
the sons of men, as it is now revealed to his holy
apostles and prophets in the Spirit:

^{3:6} That the Gentiles should be fellow heirs and of
the same body: and copartners of his promise in
Christ Jesus, by the gospel

^{3:7} Of which I am made a minister, according to the
gift of the grace of God, which is given to me
according to the operation of his power.

^{3:8} To me, the least of all the saints, is given this
grace, to preach among the Gentiles the un-
searchable riches of Christ:

Ad Ephesios 3

3:9 et inluminare omnes quae sit dispensatio
sacramenti absconditi a saeculis in Deo qui
omnia creavit

3:10 ut innotescat principibus et potestatibus in
caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia
Dei

3:11 secundum praefinitionem saeculorum quam fecit
in Christo Iesu Domino nostro

3:12 in quo habemus fiduciam et accessum in
confidentia per fidem eius

3:13 propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus
meis pro vobis quae est gloria vestra

3:14 huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem
Domini nostri Iesu Christi

3:15 ex quo omnis paternitas in caelis et in terra
nominatur

3:16 ut det vobis secundum divitias gloriae suae
virtute corroborari per Spiritum eius in interiore
homine

Ephesians 3

3:9 And to enlighten all men, that they may see
what is the dispensation of the mystery which
hath been hidden from eternity in God who cre-
ated all things:

3:10 That the manifold wisdom of God may be made
known to the principalities and powers in heav-
enly places through the church,

3:11 According to the eternal purpose which he made
in Christ Jesus our Lord:

3:12 In whom we have boldness and access with confi-
dence by the faith of him.

3:13 Wherefore I pray you not to faint at my tribula-
tions for you, which is your glory.

3:14 For this cause I bow my knees to the Father of
our Lord Jesus Christ,

3:15 Of whom all paternity in heaven and earth is
named:

3:16 That he would grant you, according to the riches
of his glory, to be strengthened by his Spirit with
might unto the inward man:

3:17 habitare Christum per fidem in cordibus vestris
in caritate radicati et fundati

3:18 ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis
quae sit latitudo et longitudo et sublimitas et
profundum

3:19 scire etiam supereminentem scientiae caritatem
Christi ut impleamini in omnem plenitudinem
Dei

3:20 ei autem qui potens est omnia facere
superabundanter quam petimus aut intellegimus
secundum virtutem quae operatur in nobis

3:21 ipsi gloria in ecclesia et in Christo Iesu in omnes
generationes saeculi saeculorum amen

3:17 That Christ may dwell by faith in your hearts:
that, being rooted and founded in charity,

3:18 You may be able to comprehend, with all the
saints, what is the breadth and length and
height and depth,

3:19 To know also the charity of Christ, which surpasseth
all knowledge: that you may be filled unto
all the fulness of God.

3:20 Now to him who is able to do all things more
abundantly than we desire or understand, according
to the power that worketh in us:

3:21 To him be glory in the church and in Christ Jesus,
unto all generations, world without end.
Amen.

Chapter 4

4:1 obsecro itaque vos ego vinctus in Domino ut
digne ambuletis vocatione qua vocati estis

4:2 cum omni humilitate et mansuetudine cum
patientia subportantes invicem in caritate

4:1 I therefore, a prisoner in the Lord, beseech you
that you walk worthy of the vocation in which
you are called:

4:2 With all humility and mildness, with patience,
supporting one another in charity.

4:3 solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis

4:4 unum corpus et unus spiritus sicut vocati estis in
una spe vocationis vestrae

4:5 unus Dominus una fides unum baptisma

4:6 unus Deus et Pater omnium qui super omnes et
per omnia et in omnibus nobis

4:7 unicuique autem nostrum data est gratia
secundum mensuram donationis Christi

4:8 propter quod dicit ascendens in altum captivam
duxit captivitatem dedit dona hominibus

4:9 quod autem ascendit quid est nisi quia et
descendit primum in inferiores partes terrae

4:10 qui descendit ipse est et qui ascendit super
omnes caelos ut impleret omnia

4:11 et ipse dedit quosdam quidem apostolos
quosdam autem prophetas alios vero evangelistas
alios autem pastores et doctores

4:12 ad consummationem sanctorum in opus
ministerii in aedificationem corporis Christi

4:3 Careful to keep the unity of the Spirit in the
bond of peace.

4:4 One body and one Spirit: as you are called in
one hope of your calling.

4:5 One Lord, one faith, one baptism.

4:6 One God and Father of all, who is above all, and
through all, and in us all.

4:7 But to every one of us is given grace, according
to the measure of the giving of Christ.

4:8 Wherefore he saith: Ascending on high, he led
captivity captive: he gave gifts to men.

4:9 Now that he ascended, what is it, but because
he also descended first into the lower parts of the
earth?

4:10 He that descended is the same also that as-
cended above all the heavens: that he might fill
all things.

4:11 And he gave some apostles, and some prophets,
and other some evangelists, and other some pas-
tors and doctors:

4:12 For the perfecting of the saints, for the word
of the ministry, for the edifying of the body of
Christ:

4:13 donec occurramus omnes in unitatem fidei
 et agnitionis Filii Dei in virum perfectum in
 mensuram aetatis plenitudinis Christi

4:14 ut iam non simus parvuli fluctuantes et
 circumferamur omni vento doctrinae in nequitia
 hominum in astutia ad circumventionem erroris

4:15 veritatem autem facientes in caritate crescamus
 in illo per omnia qui est caput Christus

4:16 ex quo totum corpus compactum et conexum per
 omnem iuncturam subministrationis secundum
 operationem in mensuram uniuscuiusque membri
 augmentum corporis facit in aedificationem sui
 in caritate

4:17 hoc igitur dico et testificor in Domino ut iam
 non ambuletis sicut gentes ambulantes in vanitate
 sensus sui

4:18 tenebris obscuratum habentes intellectum
 alienati a vita Dei per ignorantiam quae est in
 illis propter caecitatem cordis ipsorum

4:13 Until we all meet into the unity of faith and of
 the knowledge of the Son of God, unto a perfect
 man, unto the measure of the age of the fulness
 of Christ:

4:14 That henceforth we be no more children tossed
 to and fro and carried about with every wind of
 doctrine, by the wickedness of men, by cunning
 craftiness by which they lie in wait to deceive.

4:15 But doing the truth in charity, we may in all
 things grow up in him who is the head, even
 Christ:

4:16 From whom the whole body, being compacted
 and fitly joined together, by what every joint
 supplieth, according to the operation in the mea-
 sure of every part, maketh increase of the body,
 unto the edifying of itself in charity.

4:17 This then I say and testify in the Lord: That
 henceforward you walk not as also the Gentiles
 walk in the vanity of their mind:

4:18 Having their understanding darkened: being
 alienated from the life of God through the ig-
 norance that is in them, because of the blindness
 of their hearts.

Ad Ephesios 4

- 4:19 qui desperantes semet ipsos tradiderunt
inpudicitiae in operationem immunditiae omnis
in avaritia
- 4:20 vos autem non ita didicistis Christum
- 4:21 si tamen illum audistis et in ipso edocti estis
sicut est veritas in Iesu
- 4:22 deponere vos secundum pristinam
conversationem veterem hominem qui
corrumpitur secundum desideria erroris
- 4:23 renovamini autem spiritu mentis vestrae
- 4:24 et induite novum hominem qui secundum Deum
creatus est in iustitia et sanctitate veritatis
- 4:25 propter quod deponentes mendacium loquimini
veritatem unusquisque cum proximo suo
quoniam sumus invicem membra
- 4:26 irascimini et nolite peccare sol non occidat super
iracundiam vestram
- 4:27 nolite locum dare diabolo

Ephesians 4

- 4:19 Who despairing have given themselves up to lasciviousness, unto the working of all uncleanness, unto covetousness.
- 4:20 But you have not so learned Christ:
- 4:21 If so be that you have heard him and have been taught in him, as the truth is in Jesus:
- 4:22 To put off, according to former conversation, the old man, who is corrupted according to the desire of error.
- 4:23 And be renewed in spirit of your mind:
- 4:24 And put on the new man, who according to God is created in justice and holiness of truth.
- 4:25 Wherefore, putting away lying, speak ye the truth, every man with his neighbour. For we are members one of another.
- 4:26 Be angry: and sin not. Let not the sun go down upon your anger.
- 4:27 Give not place to the devil.

4:28 qui furabatur iam non furetur magis autem
 laboret operando manibus quod bonum est ut
 habeat unde tribuat necessitatem patienti

4:29 omnis sermo malus ex ore vestro non procedat
 sed si quis bonus ad aedificationem oportunitatis
 ut det gratiam audientibus

4:30 et nolite contristare Spiritum Sanctum Dei in
 quo signati estis in die redemptionis

4:31 omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et
 blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia

4:32 estote autem invicem benigni misericordes
 donantes invicem sicut et Deus in Christo
 donavit nobis

4:28 He that stole, let him now steal no more: but
 rather let him labour, working with his hands
 the thing which is good, that he may have some-
 thing to give to him that suffereth need.

4:29 Let no evil speech proceed from your mouth: but
 that which is good, to the edification of faith:
 that it may administer grace to the hearers.

4:30 And grieve not the holy Spirit of God: whereby
 you are sealed unto the day of redemption.

4:31 Let all bitterness and anger and indignation and
 clamour and blasphemy be put away from you,
 with all malice.

4:32 And be ye kind one to another: merciful, forgiv-
 ing one another, even as God hath forgiven you
 in Christ.

Chapter 5

5:1 estote ergo imitatores Dei sicut filii carissimi

5:2 et ambulate in dilectione sicut et Christus dilexit
 nos et tradidit se ipsum pro nobis oblationem et
 hostiam Deo in odorem suavitatis

5:1 Be ye therefore followers of God, as most dear
 children:

5:2 And walk in love, as Christ also hath loved us
 and hath delivered himself for us, an oblation
 and a sacrifice to God for an odour of sweetness.

Ad Ephesios 5

- ^{5:3} fornicatio autem et omnis immunditia aut
avaritia nec nominetur in vobis sicut decet
sanctos
- ^{5:4} aut turpitude aut stultiloquium aut scurrilitas
quae ad rem non pertinent sed magis gratiarum
actio
- ^{5:5} hoc enim scitote intellegentes quod omnis
fornicator aut immundus aut avarus quod est
idolorum servitus non habet hereditatem in
regno Christi et Dei
- ^{5:6} nemo vos seducat inanibus verbis propter haec
enim venit ira Dei in filios diffidentiae
- ^{5:7} nolite ergo effici participes eorum
- ^{5:8} eratis enim aliquando tenebrae nunc autem lux
in Domino ut filii lucis ambulate
- ^{5:9} fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia
et veritate
- ^{5:10} probantes quid sit beneplacitum Deo

Ephesians 5

- ^{5:3} But fornication and all uncleanness or covetousness, let it not so much as be named among you, as becometh saints:
- ^{5:4} Or obscenity or foolish talking or scurrility, which is to no purpose: but rather giving of thanks.
- ^{5:5} For know you this and understand: That no fornicator or unclean or covetous person (which is a serving of idols) hath inheritance in the kingdom of Christ and of God.
- ^{5:6} Let no man deceive you with vain words. For because of these things cometh the anger of God upon the children of unbelief.
- ^{5:7} Be ye not therefore partakers with them.
- ^{5:8} For you were heretofore darkness, but now light in the Lord. Walk then as children of the light.
- ^{5:9} For the fruit of the light is in all goodness and justice and truth:
- ^{5:10} Proving what is well pleasing to God.

Ad Ephesios 5

5:11 et nolite communicare operibus infructuosis
tenebrarum magis autem et redarguite

5:12 quae enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est et
dicere

5:13 omnia autem quae arguuntur a lumine
manifestantur omne enim quod manifestatur
lumen est

5:14 propter quod dicit surge qui dormis et exsurge a
mortuis et inluminabit tibi Christus

5:15 videte itaque fratres quomodo caute ambuletis
non quasi insipientes sed ut sapientes

5:16 redimentes tempus quoniam dies mali sunt

5:17 propterea nolite fieri imprudentes sed
intellegentes quae sit voluntas Domini

5:18 et nolite inebriari vino in quo est luxuria sed
implemini Spiritu

5:19 loquentes vobismet ipsis in psalmis et hymnis
et canticis spiritalibus cantantes et psallentes in
cordibus vestris Domino

Ephesians 5

5:11 And have no fellowship with the unfruitful works
of darkness: but rather reprove them.

5:12 For the things that are done by them in secret, it
is a shame even to speak of.

5:13 But all things that are reprov'd are made mani-
fest by the light: for all that is made manifest is
light.

5:14 Wherefore he saith: Rise, thou that sleepest, and
arise from the dead: and Christ shall enlighten
thee.

5:15 See therefore, brethren, how you walk circum-
spectly: not as unwise,

5:16 But as wise: redeeming the time, because the
days are evil.

5:17 Wherefore, become not unwise: but understand-
ing what is the will of God.

5:18 And be not drunk with wine, wherein is luxury:
but be ye filled with the Holy Spirit,

5:19 Speaking to yourselves in psalms and hymns and
spiritual canticles, singing and making melody in
your hearts to the Lord:

Ad Ephesios 5

Ephesians 5

5:20 gratias agentes semper pro omnibus in nomine

Domini nostri Iesu Christi Deo et Patri

5:21 subiecti invicem in timore Christi

5:22 mulieres viris suis subditae sint sicut Domino

5:23 quoniam vir caput est mulieris sicut Christus

caput est ecclesiae ipse salvator corporis

5:24 sed ut ecclesia subiecta est Christo ita et

mulieres viris suis in omnibus

5:25 viri diligite uxores sicut et Christus dilexit

ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea

5:26 ut illam sanctificaret mundans lavacro aquae in

verbo

5:27 ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non

habentem maculam aut rugam aut aliquid

eiusmodi sed ut sit sancta et immaculata

5:28 ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora

sua qui suam uxorem diligit se ipsum diligit

5:20 Giving thanks always for all things, in the name of our Lord Jesus Christ, to God and the Father:

5:21 Being subject one to another, in the fear of Christ.

5:22 Let women be subject to their husbands, as to the Lord:

5:23 Because the husband is the head of the wife, as Christ is the head of the church. He is the saviour of his body.

5:24 Therefore as the church is subject to Christ: so also let the wives be to their husbands in all things.

5:25 Husbands, love your wives, as Christ also loved the church and delivered himself up for it:

5:26 That he might sanctify it, cleansing it by the laver of water in the word of life:

5:27 That he might present it to himself, a glorious church, not having spot or wrinkle or any such thing; but that it should be holy and without blemish.

5:28 So also ought men to love their wives as their own bodies. He that loveth his wife loveth himself.

Ad Ephesios 6

Ephesians 6

5:29 nemo enim umquam carnem suam odio habuit

sed nutrit et fovet eam sicut et Christus

ecclesiam

5:30 quia membra sumus corporis eius de carne eius

et de ossibus eius

5:31 propter hoc relinquet homo patrem et matrem

suam et adhaerebit uxori suae et erunt duo in

carne una

5:32 sacramentum hoc magnum est ego autem dico in

Christo et in ecclesia

5:33 verumtamen et vos singuli unusquisque suam

uxorem sicut se ipsum diligit uxor autem ut

timeat virum

5:29 For no man ever hated his own flesh, but nourisheth and cherisheth it, as also Christ doth the church:

5:30 Because we are members of him, body, of his flesh and of his bones.

5:31 For this cause shall a man leave his father and mother: and shall cleave to his wife. And they shall be two in one flesh.

5:32 This is a great sacrament: but I speak in Christ and in the church.

5:33 Nevertheless, let every one of you in particular love for his wife as himself: And let the wife fear her husband.

Chapter 6

6:1 filii oboedite parentibus vestris in Domino hoc

enim est iustum

6:2 honora patrem tuum et matrem quod est

mandatum primum in promissione

6:1 Children, obey your parents in the Lord: for this is just.

6:2 Honour thy father and thy mother, which is the first commandment with a promise:

Ad Ephesios 6

Ephesians 6

6:3 ut bene sit tibi et sis longevus super terram

6:4 et patres nolite ad iracundiam provocare
filios vestros sed educate illos in disciplina et
correptione Domini

6:5 servi oboedite dominis carnalibus cum timore et
tremore in simplicitate cordis vestri sicut Christo

6:6 non ad oculum servientes quasi hominibus
placentes sed ut servi Christi facientes
voluntatem Dei ex animo

6:7 cum bona voluntate servientes sicut Domino et
non hominibus

6:8 scientes quoniam unusquisque quodcumque
fecerit bonum hoc percipiet a Domino sive servus
sive liber

6:9 et domini eadem facite illis remittentes minas
scientes quia et illorum et vester Dominus est in
caelis et personarum acceptio non est apud eum

6:10 de cetero fratres confortamini in Domino et in
potentia virtutis eius

6:3 That it may be well with thee, and thou mayest
be long lived upon earth.

6:4 And you, fathers, provoke not your children to
anger: but bring them up in the discipline and
correction of the Lord.

6:5 Servants, be obedient to them that are your
lords according to the flesh, with fear and trem-
bling, in the simplicity of your heart, as to
Christ.

6:6 Not serving to the eye, as it were pleasing men:
but, as the servants of Christ, doing the will of
God from the heart.

6:7 With a good will serving, as to the Lord, and
not to men.

6:8 Knowing that whatsoever good thing any man
shall do, the same shall he receive from the Lord,
whether he be bond or free.

6:9 And you, masters, do the same things to them,
forbearing threatenings: knowing that the Lord
both of them and you is in heaven. And there is
no respect of persons with him.

6:10 Finally, brethren, be strengthened in the Lord
and in the might of his power.

6:11 induite vos arma Dei ut possitis stare adversus
insidias diaboli

6:12 quia non est nobis conluctatio adversus
carnem et sanguinem sed adversus principes et
potestates adversus mundi rectores tenebrarum
harum contra spiritalia nequitiæ in caelestibus

6:13 propterea accipite armaturam Dei ut possitis
resistere in die malo et omnibus perfectis stare

6:14 state ergo succincti lumbos vestros in veritate et
induti lorica iustitiæ

6:15 et calciati pedes in præparatione evangelii pacis

6:16 in omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis
omnia tela nequissimi ignea extinguere

6:17 et galeam salutis adsumite et gladium Spiritus
quod est verbum Dei

6:18 per omnem orationem et obsecrationem orantes
omni tempore in Spiritu et in ipso vigilantes
in omni instantia et obsecratione pro omnibus
sanctis

6:11 Put you on the armour of God, that you may be
able to stand against the deceits of the devil.

6:12 For our wrestling is not against flesh and blood;
but against principalities and powers, against the
rulers of the world of this darkness, against the
spirits of wickedness in the high places.

6:13 Therefore, take unto you the armour of God,
that you may be able to resist in the evil day
and to stand in all things perfect.

6:14 Stand therefore, having your loins girt about
with truth and having on the breastplate of jus-
tice:

6:15 And your feet shod with the preparation of the
gospel of peace.

6:16 In all things taking the shield of faith, wherewith
you may be able to extinguish all the fiery darts
of the most wicked one.

6:17 And take unto you the helmet of salvation and
the sword of the Spirit (which is the word of
God).

6:18 By all prayer and supplication praying at all
times in the spirit: and in the same watching
with all instance and supplication for all the
saints:

Ad Ephesios 6

6:19 et pro me ut detur mihi sermo in apertione
oris mei cum fiducia notum facere mysterium
evangelii

6:20 pro quo legatione fungor in catena ita ut in ipso
audeam prout oportet me loqui

6:21 ut autem et vos sciatis quae circa me sunt
quid agam omnia nota vobis faciet Tychicus
carissimus frater et fidelis minister in Domino

6:22 quem misi ad vos in hoc ipsum ut cognoscatis
quae circa nos sunt et consoletur corda vestra

6:23 pax fratribus et caritas cum fide a Deo Patre et
Domino Iesu Christo

Ephesians 6

6:19 And for me, that speech may be given me, that
I may open my mouth with confidence, to make
known the mystery of the gospel,

6:20 For which I am an ambassador in a chain: so
that therein I may be bold to speak according as
I ought.

6:21 But that you also may know the things that
concern me and what I am doing, Tychicus, my
dearest brother and faithful minister in the Lord,
will make known to you all things:

6:22 Whom I have sent to you for this same purpose:
that you may know the things concerning us,
and that he may comfort your hearts.

6:23 Peace be to the brethren and charity with faith,
from God the Father and the Lord Jesus Christ.